

non potest Religiosus Societatis absolui à ca-
sibus reseruatis, sine licentia Pręlati: etiam
si sit in Bulla expressa licentia: & hoc tam
in Bullis concessis, quàm concedendis. Se-
cundum & illud valde considerandum, quod
nullus potest confiteri extra Societatem, &
ibi solum cū deputatis ad confessiones au-
diendas. Et tertium, quod nullus Religiosus
à reseruatis potest absolui sine licentia Prę-
lati. Quo indulto [ait] fruuntur omnes Or-
dines, etiam si in Bulla dicatur, quod Religio-
sus possit absolui sine licentia Pręlati. Ita
scripsit propria manu in suo Compendio In-
dico, quod asseruatur in Archiuo Sancti Au-
gustini de Mexico. Sed quantam hoc vltimū
habeat veritatem aliorum esto iudicium &
censura. Mihi enim rigida & scrupulosa sa-
tis hæc opinio videtur.

○ ¶ Frater Emanuel To. 1. qq. q. 62. art. 5.
aduertit Siluestrum tenere esse necessariam
licentiam expressam ipsorum Pręlatorum,
vt Fratres extra Ordinem possint confiteri,
& non sufficere pręsumptam, prout colligi-
tur ex Concilio Lateranēsi diffiniente, quod,
vt aliquis confiteatur cum eo, qui secundum
○ ○ ius,